

Aduerſencias para

gus, vir in scholaſtica diſciplina eruditus, poſtea quāni numerum articulorum Scholaſti-
ca ratione diſtinxit, ſed tunc [inquit] oritur
dubium, virum omnes teneantur post Chri-
ſti aduentum credere diſtinctē, & explicitē
omnes articulos. Cui quæſitioni, ex Bonauſ-
turæ, Richardi, & Petri Tharantafii ſente-
tia, non teneri respōdet. Simplices [inquit]
illós tantum tenentur explicite credere, qui
communiter prædicantur in Eccleſia, & quos
mañifestat eis Eccleſiaſticus uſus, & coniu-
tudo, ſicut eſt de unitate & Trinitate, quam
poſſunt noſſe ex ipſo auctu conſignationis, co-
ſignant enim ſe, in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus Sancti, ſicut etiam de Natiuitate, Paſ-
ſione, & Reſurrecſtione, Ascensione, & Pecca-
torum remiſſione: hos ſi quidem articulos
poſſunt cognoscere ex ipeſis ſolemnitatibus,
quas Eccleſia celebra, alios vero articulos
non tam mañifestos, tenentur credere impli-
cite, vt ſcilicet in generali credant omne id,
quod credit ſacra ſancta mater Eccleſia: ita
quod in particuliari à nullo illorū diſſentiane
non tenentur etiam ſcire numerum, vel ordi-
nem articulorum, cum hoc vix poſſint
homines multum literati, & periti. Hęc Or-
bellus